

arffue thillsamman thaå behålle then morghon gåffuo som lengher leffuir effter som Lagh thill seijer Thil ythermera wijssö och stadfestelse att såå ij sanningh er som forreskreffuit staår æsker iagh thessa effterskreffinne Erlighe godhe mendhs Jndseglee som först ær Suerkil magnuson och Tyrbiörn Magnuson mine Elskeligha Brödher samt medh petrij stybberson och Daghe Thyrbjörson mine frender och Göstaff Suenszon Magnus Erickson medh mino egne Jndseglee Hengendes nedhen for thetta Breff som giort ær på Axelualdhs Slaått Anno domini M CCC XXX et quinto decimo Calendas Martij.

3121.

1335 d. 23 Febr.

Westerås.

Borgaren i Stockholm JOHAN BRACLÆ den yngre qvitterar enligt uppdrag 20 mark penningar, som han för Borgaren i Wisby Thetmar af Ornäs, uppburit af Kaniken i Upsala och Westerås Ulf Holmgersson.

L. Sparres saml. afskr. i Riks-Arch. Sign. J, 6. fol. 3.

Omnibus presens scriptum cernentibus JOHANNES BRAARLÆ iunior, Ciuis Stockholmensis, salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, me a Nobili viro domino Vlphoni Holmgeersson vpsaliensis et Arosiensis Ecclesiarum Canonico viginti marchas denariorum monete suecane, ex parte thetmari de Ornæs ciuis visbyensis integre recepisse, pro quibus dictum dominum vlphonem nomine ipsius thetmari inspeciale mandatum ad hoc habens, jn huius scriptis reddo quittum penitus [et] absolutum. Jn cuius rei testimonium Sigillum meum presentibus est appensum. Scriptum Arosie. Anno domini M. CCC. XXX. quinto. in vigilia beati Mathie.

Sigillet afritadt under afskriften: »S. Johannis de Barcle» (bomärke).

3122.

1335 d. 28 Febr.

ERENGISLE JONSSON och dess hustru BIRGITTA LARSDOTTER testamentera till en prebendas stiftande vid Strengnäs domkyrka, der de välja sin graf, en gård i Skedinge nära Strengnäs, 12 öreländ i Berga och  $\frac{1}{2}$  markland i Björksta i Grödinge socken samt ön Thorö i Sorunda socken, m. fl. gåfvor af jord, penningar, hästar m. m. åt kyrkor, kloster, tjenare och andra; med särskildt uppdrag åt testamentsexekutorerne, att vidare anordna gåfvor åt deras svenner, prester och tjenare.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch. \*)

JN nomine domini amen Ego ERINGISLO IONSSON. licet corporeis viribus destitutus. compos tamen rationis et integri sensus. et BIRGITTA LAWRINZÆ DOTTER.

\*) På flera ställen nära utplånadt af fugt. Gåfvan till Chorales i Strengnäs är skriven vid brevets slut och på sitt ställe insignerad.

consors mea mente et corpore adhuc sana. horam mortis cunctis incertam certa preordinatione preuenire desiderantes. cum omnia que sub celo sunt ex nichilo condita noscuntur, et ad suam tendunt originem naturaliter vniuersa. hocque solum de rebus transitoriis remaneat quod ad pietatis opera misericorditer erogatur. de bonis nobis a deo concessis in nostrorum remissionem peccaminum. testamentum nostrum ordinamus et condimus in hunc modum. In primis ad fundacionem vnius prebende in ecclesia strengenensi. vbi corporibus nostris eligimus sepulturam et sustentacionem perpetui vicarii inibi preficiendi. legamus curiam nostram skeedhunge prope strengenæs. cum omnibus suis pertinenciis nullo prorsus excepto. et duodecim oras terre in villa berghum parrochia grodhunge. dimidiam marcham terre in villa biærkæstum eiusdem parrochie. et dimidiam marcham terre in thorø parrochie sorunde. pro qua insula thorø redimenda si id liberis nostris visum fuerit hanc tribuimus optionem videlicet quod pro vna marcha terre redimatur in villa uel villis vbi pecunia annuatim soluitur et annona. Jtem capellam integram videlicet Misale et calicem cum ceteris ornamentis. Jtem choralibus strengenæs. quatuor marchas. Jtem ecclesie østræhanungh ad mensam nichilominus sacerdotis spacium agrorum in villa kalswi. in quibus tres thýnones annone annis singulis valent seminari. et pratellum trium plaustrorum feni. Jtem monasterio beate virginis decem marchas denariorum. Jtem fratribus predicatoribus in strengenæs. VI. marchas. Hospitali ibidem tres. marchas. Hospitali in enykopia duas marchas. Jtem pauperibus in domibus sancti spiritus vpsalie et stockholmis. quatuor marchas. inter se equaliter diuidendas. Jtem cuilibet ecclesie vbi curias habemus. vnam marcham. et alteram sacerdoti. Jtem cuilibet monasterio in superiori swecia. tres. marchas. Jtem famulis nostris andree baat. vnum dextrarium nigrum. et alterum Siggoni brwn. Nicholao fløgh duas oras terre uel viginti marchas denariorum. Johanni dicto boclaræ, quinque oras terre in villa røzwik parrochie husæby býringe et magno fyrekollæ sex oras terre. in villa sneedhæst parrochie thorsn. Jtem leganda aliis armigeris, sacerdotibus et famulis nobis seruientibus quibusuis relinquimus ordinacioni exequutorum nostrorum. quos ad premissorum omnium exequucionem finalem instanter petimus et rogamus, silicet venerabilem patrem dominum stýrbernum dei prouidencia episcopum strengenensem. ac nobiles viros dominum karolum næskonungsson. et haquinum mattesson marskalcum. cum reuerendis viris dominis nicholao magnusson preposito et frendero canonico strengenensi. Jtem curato tunum in sila legamus aream quandam prope curiam ipsius per exequutores nostros prefatos limitandam. prout saluti animarum nostrarum viderint expedire. quorum sigilla vna cum nostris propriis in testimonium et euidenciam firmiorem peti-

mus presentibus apponenda. Datum et actum anno domini, M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXX quinto feria tercia. ante diem cinerum.

*På frånsidan med senare stil:* Littera testamentaria domini Eringislonis joansson super fundacione prebende marie virginis.

Sigillen: N:o 1, 2 borta; N:o 3, Birgittas (B). Flera hafva ej varit påsatta.

**3123. 1335 d. 1 Mars.**

NILS KNUTSSON gifver sin hustru Christina en tredjedel i Ossle i morgongåfva.

L. Sparres saml. afskr. i K. Riks-Arch. Sign. J. 6. f. 243, v.

Omnibus presentes litteras inspecturis NICHOLAUS CANUTI salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, me dilecte consorti mee Christine terciam partem in ossle cum omnibus suis pertinenciis, longe uel prope sitis racione donacionis propter nupcias vulgariter dicte Morgongeff, contulit [o: contulisse] penitus, meorum omnium consilio propinquorum pariter eorum consensu, et cum sigillum proprium non habui, sigilla discretorum viro- rum, domini Broderici, Nicholai Helenæsson, vna cum sigillo nobilis materne [o: ma- trone] Ingridis Vnna dotter, presentibus sunt appensa. Datum Anno domini M. CCC. XXX. V. die Cinerum.

Sigillen, enligt ritningen: N:o 1, borta; N:o 2, »Ingridis Vnnonis» (ros på en genbalk); N:o 3, »S. Nicholai filii He» (en 8-uddig stjerna, utan sköld).

**3124. 1335 d. 11 Mars. Fors.**

Ärkebiskop PETER tager åbon i själastugan på Ragundaskogen Ludin Thoresson och dess gods i S:t Laurentii och S:t Eriks, Kyrkans och sitt beskydd, samt förbjuder att af honom fordra någon skatt.

Vidim. afskr. på perg. i K. Riks-Arch. \*)

Vniuersis presentes litteras inspecturis, Frater PETRUS diuina miseracione archiepiscopus vpsalensis. salutem in domino sempiternam, Tenorepresencium constare volumus omnibus euidenter, quod Nos ludhinum Thoriri incolam hospitalis dicti siælastuw in silua rafwndum terre iæmpcie nostre dyocesis. ac predii pertinentis ad ipsum sub beatorum Laurencii et Erici martirum, ac

\*) Intagen, jemte föreg. Nr: 1011, 1189, 1382, 1383 och 2183, i en af Ärkebiskop Hemming d. 3 Febr. 1346 utgifven vidimation. Fins äfven i Registr. Eccl. Upsal. perg. pag. 291 (fol. 170, v.) utan annan skillnad än orden: »siælæstuwu in silua reffhundum terre jempcie» samt att årtalet skrives med Romerska siffror.